

## Coniectanea Nonniana. Scripsit Herm. Ad. Koch.

---

I, 181: *Κριὸν ἀνεστυφέλιξε, μεσόμφαλον ἄστρον*  
Ὀλύμπου,

falsa est Koechlyi coniectura conii. epp. 2, p. 5 ἀστόν, cf. 38, 268:

*Κέντρον ὄλον κόσμοιο, μεσόμφαλον ἄστρον Ὀλύμπου*  
*Κριὸν ἐγὼ μεθέπων ὑψοῦμενος εἶαρ ἀέξω.*

II, 145: *οὐκ ἐθέλω παρὰ Κύνδρον, ὅθι προχοῆσι συνάψω*  
*παρθενικῆς δυσέρωτος ἐμὸν φιλοπάροθενον ὕδωρ.*

Quod editiones praebent „ὄτι“, ab Hermanno in ὅθι mutatum, constructionem distortam et a Nonno alienissimam effecit. Emendatio loci haec est:

*οὐκ ἐθέλω παρὰ Κύνδρον ἐπὶ προχοῆσι συνάψαι.*

Voci *συνάπτειν* quum plerumque Nonnus dativum adiungat, eidem praepositionem *περὶ* sociatam habes 21, 203 *περὶ χροὶ δέσμα συνάψας*, eandem autem quam nostro loco praepositionem *ἐπὶ* 25, 461 *ἐπὶ χροὶ νῶτα συνάπτων*.

II, 237: *Ὡς φαρμένης σκιοειδῆς ἐὼν πτέρων Ὕπνος ἐλίξας*  
*εὔνασεν ἀμπνείουσαν ὄλην φύσιν . . .*

Ex lectione editionum *εὔνασε καὶ πνείουσαν* ut verum erua-  
tur, respiciendi sunt eiusdem libri versus 188 *καὶ πνρὰ πάν-  
τοθεν ἦεν* et qui sequuntur. Illis versibus nocte quae pugnam  
Typhaoniam excepit, flammam ignesque omne genus coelum

percurrisset fuse exponitur. Quorum impetu disturbata rerum natura quum somni ala sopita esse narretur, quid poeta scripserit, sponte patet, scilicet:

εὔνασε καπνιόωσαν ἄλην φύσιν . . .

II, 310: . . . "Ἄρεα δῆσας

κοίρανον ὑσμίνης κληῖσσομαι ἀντὶ φονῆος  
μείλιχον.

A Cunaeo, qui editionum lectionem κληῖσσομαι mutavit, emendatum esse locum, admodum inconsiderate dixit Graefius: κληῖσσομαι prorsus recte se habere iam quae statim sequuntur Παλλάδα ληϊδίην νυμφεύσομαι probare poterant, neque desunt exempla illius vocis a Nonno prorsus ut nostro loco usurpatae, cf. 27,28; 28,86; 30,285; 34,203.

II, 475 . . . πολυφλοίσβῳ δὲ βελέμῳ

αἰθέρος ὄρχηστῆρες ἐβακχεύοντο κεραυνόι.

Hic primum non placet singularis βελέμῳ ad κεραυνόι relatus, deinde adiectivum πολυφλοίσβῳ non satis quadrat, propterea ne dici quidem possunt tonitrua telo furere, quippe quae non ipsa tela coniciant, sed a Iove tanquam tela coniciantur; tollentur offensiones si scripserimus πυλφλοίσβῳ δὲ κυδοιμῶ, ut scriptum est a Nonno 23,196 πολυφλοίσβῳ δὲ κυδοιμῶ Βάσαρις ἀβροχίτων ἀπεσεῖσατο κύμβαλα χειρῶν.

III, 203: ὅτε τριτάτου χύσις ὄμβρου

κύμασι πυργωθεῖσα κατέκλυσεν ἔδρανα κόσμου.

Hunc locum immerito coniciendo κύμασι πυργωθεῖσι tentasse Koechlyum coni. erp. fasc. 2, p. 9, probant quae simillima leguntur 20,337 κύμασι πυργωθέντος ὄρέσει χύτου ποταμοῦ et 43,298 κύμασι πυργωθεῖσα συνέκτυπεν Ἄδριας ἄλμη.

III, 265: ταυροφυῆς ὅτε πόρις ἀμειβομένοιο προσώπου

εἰς ἀγέλην ἄγραυλος ἐλαύνετο σύννομος Ἰώ.

Recte vidit Koehlerus (über d. Dionys. p. 8) vitiosam esse vocem ὅτε. Ipse quod lacunam statuendam esse putat, nescio an rectius legamus δ'ἄτε, siquidem vox ἄτε ibi quoque a poeta usurpatur, ubi non similitudo quaedam, sed ipsa transformatio designatur, ut 4,27 ἀλλοφανῆς ἄτε κοῦρος et 45,121

*ἰμερόεις ἄτε κοῦρος* de Mercurio et Baccho re vera in pueros mutalis.

IV, 424:

*ἐνδαπίης δὲ*

*Παλλάδος ὑβὸν ἄροτρον ἀπ' ὀργάδος εἰς χθόνα σύρων  
καὶ χαροπῆς ἀρόσας πολεμητόκον ἀλλὰ καὶ γαίης  
ιοβόλων ἔσπειρε πολύστιχον ὄγμον ὀδόντων.*

De Cunaei lectionis e librorum scriptura ἀπ' ὀργάδος εἰς χθόνα σύρων effectae perversitate Graefius non dubitanter, sed confidentissime dicere debebat. Contra rem acu tetigit, quum praesens σύρων propter sequens ἀρόσας displicere ait. Aoristum hic quoque requiri si tenuerimus, ipsis litteris viam praemonstrantibus quid verum sit facile inueniemus. Scripsit poeta:

*Παλλάδος ὑβὸν ἄροτρον ἐπ' ὀργάδος εἰς χθόνα εὐρών.*

V, 55: *πολλὰ δ' ἀντιπόρων ἀνέμων τετραζυγὴ κόσμῳ  
ἐνὸροι χόρτοισιν ἐμετρήθησαν ἀγυαί.*

Libri v. 56: *ἐμμόριον*. Poetae manum assequemur scribendo: *ἐμ πορίων*. Urbis condendae plateas metalus est Cadmus in pascuis vaccarum. Forma πόρις primus usus est Homerus Od. 10, 410.

V, 233: *θηρὸς ἀσημάντοιο κύνων μαντεύεται ὀδμήν*

*ὀρθὰ διωξικέλευθον ἐπὶ δρόμον οὐατα τείνων.*

De versu 234, cuius libri hanc formam exhibent: *ὄρθια ὄξυκέλευθον* etc. post alios egit Rieglerus melet. Nonn. 2, p. 21, sed locum non expedit. Scribendum est:

*ὄρθια λοξοκέλευθον ἐπὶ δρόμον οὐατα τείνων,*

quam mutationem et canis venaticae per anfractus viarum ferum indagantis significatio aptissima et voces contrariae *ὄρθια* et *λοξοκέλευθον*, qualium Nonnus amatissimus est, commendant. Conferatur praeterea 8, 106:

*ἦτε λοξὰ κέλευθα δὲ ἠέρος.*

V, 439:

*εἶρε Νύμφας*

*Νηϊάδες δεδάσιν, μάθε Δρύας.*

Librorum scripturae *δεδάσιν ἐμαὶ δρύες* a Graefio profecta mutatio parum probabilis. Collato 15, 415 *χαίρετε Νηϊάδες*

καὶ ἔμαι δρῦες, ubi libri καὶ Ἀμάδρυνες, dubitari nequit utroque loco legendum esse Ἀμαδρῦες. Nova forma lexicis addenda erit.

V, 387: φιλοκλαύτων δὲ γυναικῶν

συμπερτῇ βαρύδουπος ὄλον δόμον ἔβρεμεν ἤχῳ.

Libri: ἔβρεχεν. Βρέμειν cum accusativo iunctum tolerari nequit, legendum potius ἔτρεχεν, quod eadem structura occurrens 30, 12: λαὶὸν Ἀρισταῖος κέρας ἔτρεχε δημοτῆτος ibi a Rhodomanno et Graefio immerito in suspicionem vocatur.

VI, 339: καὶ στόλος αὐτοκέλευθος ἀτέρμονος ἄμμορος ὄρμον

λάρνακος αὐτοπόροιο κατέγραφε δύνειφον ὕδρω.

Voce ἀτέρμονος, quoniam quid hic sibi velit immensa statio non intelligitur, primus recte offendit Riglerus melett. 2, p. 20. Iam quominus conicias ἀτέρμονος ἔμμορος ὄρμον, obstat 12, 63, ubi rursus: λάρνακα Δευκαλίωνος — ἄμμορον ὄρμον. Restat ut scribatur ἄτερ ποδὸς, ad quam lectionem stabiliendam primum valet Od. 10, 32, ubi Ulixes de se narrat: αἰεὶ γὰρ πόδα νηὸς ἐνώμων, deinde si ad eam quae apud Epicos per similitum litterarum consonantiam efficitur, imitationem a Lehrsio quaestl. epp. p. 287 significatam respexeris, conferre iuvabit 12, 197, ubi ἄτερ ποδὸς quamvis alia notione eodem versus loco legitur; non verba eadem, sed eandem sententiam repraesentat 23, 135: ἔκτοθι πηδαλίον, δίχα λαίφρος, ἐκτὸς ἐρεμῶν.

VII, 813: γαῖα χαρασσομένη σταχύων δμητῆρι σιδῆρω

ξηρὸν ἀμαλλοτόκοιο λοχεύσατο καρπὸν ἀρούρης.

Quod editt. praebent μνηστῆρι vereor ne calidius Graefius sensu carere dixerit. Non sane eadem ratio atque nostri loci illius est, qui legitur 24, 189: Μορῶείοιο γάμου μνηστῆρι σιδῆρω Ἀσσυρίη γόνυ κάμψε, ubi quum de ipsis nuptiis nanciscendis sermo sit, nulla difficultas oboritur, sed translatio facilis et a Nonno voci μνηστεύεσθαι adhibita 26, 3: γνωτῶ δ' ἔσσομένην ἑτέρην μνηστεύετο νίκην, et 12, 25, τίνι τοῦτο γέρας μνηστεύεται Αἰών;

VII, 175: *καὶ φόβον ἄλλον ἔδεκτο καὶ ὑπόθι γείτονος ὄχθης  
εἰς ῥόον εἰς ἀνέμους ἀπεσεύσατο τάρβος ὀνείρων.*

Narratur, ut Semela infausti somnii terrore percussa, postquam suadente Tiresia Iovi litavit, fluminis Asopi undis veste abluta omni timore liberata sit. Quam narrationis seriem prorsus turbant verba *καὶ φόβον ἄλλον ἔδεκτο*. De alio terrore Semelae allato quum quae antecedunt tum quae proxime sequuntur, cogitari prae fracte velant, immo illis quoque verbis priusquam corrumperentur timoris abiecti notionem expressam esse certissima ratiocinatione colligitur. Medela loci petenda est e Pindari verbis quae leguntur Pyth. 8, 12: *τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλω*, ubi a scholiasta *τιθέναι ἐν ἄντλω* per *ἀφανίζειν* vel *ἀμαυροῦν* exponitur. Quum enim prorsus inter se conveniant locutiones *τίθεται τι ἐν ἄντλω* et *ἄντλος* (vel *ἄντλον*, nam ea quoque forma legitur) *τι δέχεται*, reddas Nonno *καὶ φόβον ἄντλον ἔδεκτο* et habebis quod sententia requirit.

VIII, 46: *σμερδαλέοις στομάτεσσι φέρων ῥηξήνορα φωνήν.* Sermo poetae non fert illud *φέρων*, quod ex versu 39 invectum esse videtur. Scribendum *χέων*, cf. 11, 73 *μεμφομένοις στομάτεσσι χέων οἰκτίρονα φωνήν*; 9, 60; 30, 56; 32, 149; 42, 146; 255; 487; 45, 331 alia multa.

IX, 307: *καὶ ὡς τρόφος ἄβρον ἀθύρων.* Libri: *ὡς βρότος ἄβρον*. Scribendum *ὡς βρέφος ἄβρον*, cf. 10, 177; 11, 370; 46, 15 et imprimis 38, 155, quem locum immerito tentat Graefius.

X, 304: *μοῦνον ἐμοὶ φίλε δῶμα φιλοσκάρθμω Διονύσῳ  
καλὸν ἐμοί, Σεμέλης στεροπὴν ὀλέτειραν ἀείρειν.  
μητροφόνοι σπινθήρες ἀτερπέες εἰσὶ κερανοῦ  
ναίω Μαιονίην· τί γὰρ αἰθέρι καὶ Διονύσῳ;*  
Bacchus Ampeli amore correptus, dilectissimi pueri consuetudini quam omnia posthabeat, quippe prae qua fulmina, nubes, imbres aspernetur, Iovi longiore oratione exponit. Iam quaestio est de versu 304 haud dubie corrupto. Cunaei, Scaligeri, Moseri coniecturae quum nihil profecissent, primus Graefius in praef. p. 12 recte vidit versum 305 ad exemplum

libri I, v. 428 interrogationis nota signandum esse; adiciendum erat, isti interrogationi ipsum Bacchum v. 306 respondentem induci. Itaque quum vv. 305 et 306 arctissimo vinculo cohaereant, v. 304 ut seorsum spectetur eiusque finibus qui loco mederi voluerit, se contineat necesse est. Atque fecit id Hermannus qui ante versum 304 lacuna admissa scribendum censet *μοῦνον ἐν φίλα δῶρα* etc.; sed a vero prorsus aberravit. V. 307 *ναίω Μαιονίην* etc. si accuratius examineris patebit, aliquammodo mancam esse eius sententiam; expectari quo praeparetur, quae antecedunt non ita esse comparata quibuscum satis apte coniungi possit. Ne multa, quae ratio inter versus 305 et 306 intercedit, ut quod priore dictum erat, altero latius exponatur et confirmetur, eadem 304 et 307 continentur, quod apparebit, si v. 304 post 306 collocaveris emendatum in hunc modum: *οὐρανὸς οὐπέλε δῶμα φιλοσκάρθμυρ Διονύσω.*

X, 189: *ἐκ μελέων δ' ὄλον εἶαρ ἐφαίνετο.*

Edd.: *ἐκ μελέων γὰρ ὄνειαρ.* Litterarum ductus ut accuratius etiam quam Graefius fecit exprimantur, scribendum: *ἐκ μελέων τερὲν εἶαρ ἐφαίνετο.*

XI, 234: *καὶ νέκνος περὶ ἔοντος ἐδύσατο ταρσὰ κοθορόνους.*

*Ἐδύσατο* explicationem haberet; si ipse Bacchus cothurnos induisset, quamquam vel tum dicendum erat *ἐδύσατο κοθορόνους*, atque Ampeli pedibus non suis cothurnos subdidit; neque illuc confugere licet, ut *ταρσὰ* nominativum esse dicas; prorsus enim intolerabilis esset subiecti mutatio. Vitium adhuc opertum facile tollemus scribendo *ἐδήσατο*. In contrarium peccatum est 13, 9.

XII, 158: *καὶ σὺ ποτὸν μεθέπεις βροτέης ἄμπανμα γενέθλης.*

Dubito de voce *γενέθλης*; multo aptius legemus *μερίμνης*. Iam Hesiodus Theog. 55 dixit *ἄμπανμά τε μερμηράων*; et Nonnus 12, 258 de myrti floribus cum vino comparatis: *καὶ οὐ φρενοθελγεί καρπῶ Ἀνδρομέας ἀνέμοισιν ἀκοντίζουσι μερίμνας.*

XII, 285: εἰ δὲ μεσημβριζούσαν ἄγεις Φαέθοντος ἀπειλήν  
 σῆς σταφυλῆς προκέλευθος ἐτησιὰς ἔρχεται αὐρῆ  
 δίφριον εὐνάζουσα πυρώδεος ἀστέρα Μαίρης  
 ὅποτε θερμαίνει σε θερειγενέος δρόμος ὄρης  
 θάλλων Σειριόεντι πεπαινομένην δρόσον ἄτμω.

Admodum importuna v. 285 vox ἄγεις, quam frustra Graefius emendare studet scribendo σ'ἄγει vel φλέγει. Ut plura hic luxata esse suspicer, movent me verss. 288 et 289, quos quum caloris descriptionem v. 285 absolutam parum eleganter iterent, praecedenti enuntiato male assutos esse, Nonnianum usum respicienti haud aequè persuadebitur. Utrumque incommodum ut tollatur, primus versus ita scribendus: ἡ δὲ μεσημβριζούσαν ἄγει Φαέθοντος ἀπειλήν. Ceterorum ordo ita mutandus, ut verss. 288 et 289 excipiant 286 et 287. Enunciatum relativum ei ad quod refertur haud raro Nonnus praemittit, cf. 13, 94; 22, 180; 35, 50. Vox ἄγειν de Horis praesto est 34, 107: οὐποτε τοῖον ἄγουσι ῥόδον λειμωνίδες ὄραι; 138, 75: ἔτος ἑβδομον ἡγαγον ὄραι.

XIII, 99: εἰς τόκον αὐτοτέλεστον ἐμορφώθη χίσις οὐρων  
 αὐλακα νυμφεύσασα τελεσσιγόνοιο βοείης.

Cur editorum nemandum vocem βοείης tentaverit nescio an inde factum esse dicam quod reconditi aliquid suspicati sunt. Illud donec repertum sit, nos ut poetam legere et intelligere possimus scribemus κοινήης, cf. 22, 262.

XIII, 468: ἡχί τε κοῦρος  
 ἀμπελόεις Διόνυσος ἔχων δέπας ἔμπλεον οἶνον  
 Πείη πρῶτα κέρασσε.

Libri ἡχί τε κοῦρη. Vitium huius loci a Graefio sublatum non esse docuit Lehrsus quaestl. epp. p. 269, Nonnum τε cum alia particula nunquam coniunctum habere neque usquam dicere ἡχί τε, sed ἡχι tantum, praeclare observans. Viam ab illo monstratam sequenti mihi facillima se mutatio praebuit τε κούση, de qua iudicium doctioribus relinquere cogor. Ipsi propterea dubitatio exoritur, quod quum μήτηρ Πείη saepissime quum apud alios tum apud Nonnum inveniatur, neque hic dicere

dubitaverit 45, 98 *Ῥεῖη θεητόκος, τεκοῦσαν simpliciter qui eam dixerit, non novi.* \*)

XIV, 9: *καὶ ἀγριάδας στίχας ὕλης*

Scribendum *ἀγριάδος*, cf. 14, 211; 17, 187; 27, 180.

XIV, 165:

*μεσσατίῳ δὲ*

*σθῆθει δεσμὸν ἔβαλλε καὶ ὄρθιον ἄντυγα μαζοῦ  
παρθενίῳ ζωστήρι.*

Libri ὄρθιον. Num cum Koechlyo, coni. epp. p. 15 lacuna post v. 166 statuenda sit, quaeri potest, interim v. 166 scribendum videtur *καὶ ἄρθρον*.

XV, 246: *λεοντείη παλάμαις ἐσφίγζατο δειρήν*

*δίζυγα γυμνώσασα βραχίονα μάρτυρι δεσμῶ.*

Quam vel apertissima saepe nos fugiant ipse expertus sum, qui iterata demum lectione vitium intolerabile quod voce *γυμνώσασα* latet, animadverterim. Nec virgo Nicaea cervicem leoninam amplexa cur brachium nudaverit intelligitur, nec quomodo *δεσμῶ* cum voce *γυμνώσασα* conveniat. Scribendum est *γυρώσασα*, ut scripsit Opp. Hal. 4, 159: *ἐπ' αὐχένι πάννυχα δεσμὰ ἀργεννοῦς ἐκάτεροθε βραχίονι γυρώσασα*. Vitium originem traxit e versu 251, ubi recte *γυμνώσας*.

XVI, 125:

*ἀλλὰ καὶ αὐτός*

*δμῶδας ἑξήκοντα χορίτιδας εἰς σὲ κομίσω.*

Scribendum *αὐτὰς*, quum non quid ipse potissimum Bacchus non alius facturus sit, commemorare referat, sed vel ipsas gratias se Nicaeae imperio traditurum esse, virgini dilectissimae deus polliceatur. Simile vitium etiam 12, 220 removen- dum *ἀλλὰ καὶ αὐτὴν μορφὴν ὑμετέρεην ἠδέεσατο γαῖα καλύψαι*, ubi sententiam requirere *αὐτὴ* quivis concedet.

XVII, 6: *παιδὸς Ἀμαζονίης δολίην ἄμνηστον ἑάσας*

*οἰνοβαρῆ φιλότητα καὶ ὑπναλέους ὑμεναίους.*

\*) Fieri potest, ut etiam alia via ad coniecturam nostram vindicandam pateat. Si enim spectaveris duos locos 25, 380: *αὐτὰρ ὁ μητροφὴν δεδαημένος ἔνθεν ὁμφὴν* et 35, 369 *ἐμὴν δ' ἐπὶ μητέρα Ῥεῖην μεταστήσασθε γυναῖκας* haud improbable fortasse videbitur, Rheam a Nonno vel per negligentiam vel quod a tenerissima pueritia Bacchum educaverat, tanquam ipsius dei matrem induci.

*Δολίην* a Graefio profectum quamvis sententiae prorsus salisfaciat, in eo quod libri praebent *τε δομην* nescio an probabilius etiam *διδύμην* latere dicamus, referendum illud facili anacoluthia ad utrumque quod sequitur *οινοβαρῆ φιλόττητα* et *ὑπναλέους ὑμεναίους*. Duplex ille dolus virgini Nicaeae comprimendae adhibitus innuitur etiam 48, 569, ubi de Baccho: *ὑπνον ἔχων πομπῆα μεθυσφαλέων ὑμεναίων*.

XVII, 117: *καὶ σφίσι λοίγιος ὕπνος ἐπέχραεν, ἀκλινέες δὲ ἔσχατα βακχευθέντες ἐπεννάζοντο βοεΐαις*.

Accuratius in hunc locum inquirentem necesse est, ut offendat vox *ἔσχατα*. „Postremo“ propter collocationem significare vix potest; restat ut arcte coniunctis vocibus *ἔσχατα* et *βακχευθέντες* sententia efficiatur „summo furore correpti.“ Atqui ad eiusmodi explicationem firmandam apud Nonnum quidem frustra quaero exempla. Immo qui contulerit locos quales sunt 48, 727, *γυνὴ ἄσχετα βακχευθεῖσα*; 884 *ἄσχετα λυσώωσα*; 44, 68 *ἄσχετα μαινομένη θήρ*; 14, 378, *ταύρου ἄσχετα μαινομένοιο*; 9, 253 *ἄσχετα παιφάσσουσα*, non dubitabit hic quoque reponere *ἄσχετα βακχευθέντες*.

XIX, 225: *κουφίζων Κρόνος ὑγρὸς ἀμερσιγάμου γένν ἄρης*

*Τιτήνων προκέλευθος ἐμάρνατο σεῖο τοκῆ  
ὁππότε μητρῶησιν ἐπεσσυμένοιο χαμεύναις  
τάμνεν ἀνυμφεύτων στάχυν ἄρσενα πατρὸς ἀρότρων*.

In his primum nescio an epitheton *ὑγρὸς* non Saturno potius quam eius falci sanguine paterno respersae conveniat, nisi deo propter eius *βέλη διερὰ* inditum esse putaveris. Sed hoc levius; gravior offensio vocis *ὁππότε* v. 227, quam si, ut ratio verborum postulat, cum praegressis *ἐμάρνατο σεῖο τοκῆ* coniunxeris, ineptias locutus est Nonnus, qui Saturnum non Caeli, sed Iovis pudenda praecedentem induxerit. Mutandum *ὁππότε* in *ῆ ποτε* et v. 226 post v. 229 collocandus, cf. 44, 266.

XIX, 100.

*Οἶαγρος*

*δίστιχον ἀρμονίην ἀνεβάλλετο φοιβάδι μολπῆ*

πανροεπής, λιγύμυθος Ἀμυκλαῖος τίνι Θεσμῶ  
 εὐχαίτην Ἐάκινθον ἀνεζώγησεν Ἀπόλλων  
 καὶ Στάφυλον Διόνυσος αἰεὶ ζῶντα τελέσσει.

Pessima quam Graefius dixit librorum distinctio: πανροεπής, λιγύμυθος, Ἀμυκλαίῳ τινὶ Θεσμῶ et elegantissima et verissima est. Imitatus est Nonnus Hom. II. γ, 213:

Ἦτοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευεν  
 παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος  
 οὐδ' ἀφαμαρτοεπής ἢ καὶ γένει ὕστερος ἦεν.

Ita quum Ἀμυκλαῖος Θεσμὸς qui sit elucet, tum δίστιχος ἀρμονίῃ rectam explicationem habet. Ipsi duobus versibus 102 et 103 continetur, quemadmodum τετράζυγος ὄμφη 12, 107 quattuor versuum 111—113 spatium implet.

XIX, 126: ὄπη χθονίῳ μετάλλου  
 ἀργυρέοις ἀγκῶσι μέλας λευκαίνεται ἀγκών.

Iterare verba quamquam Nonnus minime respuit, hic tamen iteratio propterea reiicienda esse videtur, quod notiones mutantur. Μέλας ἀγκών enim est nigra convallis; itaque ἀργυρέοι ἀγκῶνες quum convallis convallibus dealbata intelligi nequeat, argentea brachia ut significant necesse est. Iam quum ed. prima praebet ἀργυρέαις probabile est, poetam scripsisse ἀργυρέαις ἀνθ' αἴσι, cf. Nic. Ther. 256:

χροιὴν δ' ἄλλοτε μὲν μολίβου ζοφοειδέος ἴσχει  
 ἄλλοτε δ' ἠερόεντα, τότε ἄνθεσιν εἴσατο χαλκοῦ.

XIX, 207: ἀλλὰ λιπὼν ξύμπαντα καὶ ἀστραίης χύ-  
 σιν ὕλης  
 οἰνοχόον Κρονίδαο σοφῆ ποίικιλε σιωπῆ  
 Ζηνὶ δέπας τανύοντα.

Verbis ἀλλὰ λιπὼν ξύμπαντα quibus quae Maro uni Ganymedis fabulae intentus saltando exprimenda neglexit, post longiorem enumerationem brevi comprehenduntur, languidissime novum καὶ ἀστραίης χύσιν ὕλης adiici semel monitum neminem fugiet. Καὶ in κατ' mutato ea verba cum proximis οἰνοχόον Ζηνὶ δέπας τανύοντα arcte coniungenda sunt, ut enuntiatum evadat simillimum ei quod legimus 25, 430 ἐπεὶ

Διὸς ἔνδοθεν αὐλῆς Τρώϊος οἰνοχόος ζαθέη ποικίλλετο τέχνη.  
 Verba χύσιν ἔλης Nonni tumori condonanda esse credo, quam-  
 vis non inepte quis coniecerit: κατ' ἀστραίης μέσον αὐλῆς.

XX, 197: οὐκ ἀπὸ Θερμώδοντος Ἀμαζόνες εἰσὶ καὶ  
 αὐταί;

οὐκ ἀπὸ Κανκασίου μαχήμενες εἰσὶ γυναικες;

Verbis his Iunonis orationi qua Lycurgo Maenadum imbecilli-  
 tatem probare studet, insertis mire se decipi passus est Grae-  
 fius. Primum scribendum est καὶ αὐται, deinde omnia in-  
 terrogationis signa his et tribus proximis versibus delenda,  
 quippe quibus mens poetae prorsus in contrarium pervertatur.

XX, 274: κέρας οἴνου

ἔμπνοον ἠδὲ πύοντο καὶ ἠθάδα ῥάβδον ἀείρων.

Vox ἔμπνοον suspecta, mutanda videtur in ἔμπλεον, ut  
 13, 469 ἔχων δέπας ἔμπλεον οἴνου et 47, 57: δέπας πόρεν  
 ἔμπλεον οἴνου.

XXI, 15: ἐγὼ δ' ἄπρηκτος ὀδεύων

ἴξομαι εἰς ἐμὸν ἄστυ, πόνον δ' ἀτέλεστον ἀνύων.

Pro voce corrupta ἀνύων scribendum est ἀλύων; structuram  
 praeivit Opp. Hal. 4, 195 οἶον δὲ μετὰ φρεσὶν ἄχθος ἀλύει  
 (cf. etiam Opp. de ven. 4, 186 μαψίδιον φθινύθει πόνον.)  
 Ad sententiam conferas Nonnum 33, 224 μοχθίζων ἀτέλεστον  
 ἐς ἕμερον.

XIII, 550: δολοπλόκον ἔπλεκεν ὄμφην.

Librorum lectionem ἔπλεκε μορφὴν non recte mutasse Grae-  
 fium, sed scribendum esse δολοπλόκον ἔπλεκε φωνήν, si inde  
 summa probabilitate concludi posse dixerō, quod eadem vox  
 μορφή bis 36, 381 et 19, 343 genuinae vocis φωνή locum  
 occupavit, dubitantium exceptiones fortasse non statim prae-  
 verterim; quo feliciter accidit, ut omnis dubitatio tollatur loco  
 qui legitur 20, 265: Ἐρμῆς Βάκχῳ χαλκοχίτωνι δολοπλόκον  
 ἔπλεκε φωνήν.

XXII, 33: τερπομένου δὲ δράκοντος ἔην τότε ῥυθμὸς  
 ἐχέφρων.

Libri: ἔην τρουθμὸς. Haec quamquam Graefius narrationi

quae est de feris, Bacchicorum sollemnium dum participes fiunt, in humanam lenitatem mansuescentibus, satis convenienter mutavit, verum assecutus non est. Scripsit poeta: ἔην τον-τρυθμός ἐχέφρων, quo imitatus est Oppianum Cyneg. 2, 540:

φήμη δ'ὡς ἐλέφαντες ἐπ' ἀλλήλοις λαλέουσι  
φθογγὴν ἐκ στομάτων μεροπηίδα τονθρούζοντες.  
XXII, 153: ἀπὸ στέρων δὲ φορῆς  
μαρμαρυγὴ σελάγιζεν ἐρευθομένοιο καρήνου.

Prorsus intolerabile καρήνου miror neminem adhuc offendisse; e pectore Lydi militis de quo sermo est, capitis splendor si quid video, effulgere dici nequit; scribendum potius ἐρευθομένοιο χιτῶνος. Importunum istud καρήνου ex versu 156 invecum est.

XXIII, 50: εἰς βυθὸν ἄλλος ἔδυνε διάβροχα χεῖ-  
λεα σείων

ἀνδροφόνου παρὰ χεῦμα σεσηρότος ἀνθρεῶνος.  
Indi undis fluminis hausti ἀνθρεῶν non est ἀνδροφόνος, sed flumini ipsi illud epitheton convenit. Scribendum igitur ἀνδροφόνον παρὰ χεῦμα.

XXIV, 89: ἠερίῳ δὲ  
ἀτραπιτοὺς ἐχάραξεν ὁμοίως ἀστέρος ὀλκῷ.

Hic quoque adiectivi relatio claudicat. Scribendum ἠερίους, ut 17, 151: ἐς ἠερίους δὲ κλεῦθους; 39, 171; 14, 4.

XXV, 434: ταρβαλέος δ'ἦικτο δι' αἰθέρος ἱπτάμενος  
Ζεύς.

De corrigendo ἦικτο et Graefius cogitavit et Koechly ad Quint. Smyrn. ε, 39; neglexit uterque vocem αἰσσειν, unde rite descendens plusquamperfectum sententiam efficit optimam.

XXVI, 90: τοῖς ἐπὶ Δουσσαίων πυκιναὶ στίχες οἷα καὶ  
αὐτῶν

φοικτὰ δασυστέρων ἐκορύσσειτο φῦλα Σαβείρων.  
Tenendum esse quod libri praebent οἷσι καὶ αὐτῶν docet simillimus locus 27, 337 οἷσι καὶ αὐτῇ ἀντίπαλος Βρομίδιο φερέσταχος ἴκετο Δηῷ.

XXVI, 250: οὐδὲ γέρων Ἄρητος ἐλείπετο Δηριαδῆος  
 εἰς ἐνοπὴν καλέοντος ἀταρβέος ἀλλὰ καθάπας  
 χαλκοβαρῆ λασιόιο κατὰ στέρνοιο χιτῶνα  
 γηραλέον κούφιζεν ἑπὲρ νώτιοιο βοείην.

Libri v. 251 ἀτὰρ βαρὺς ἀλλὰ, pro quo praefixo colo scribendum ἀτὰρ βάρος ἄλλο. Commendat eam lectionem quum quae in pondere clypei vestis ponderi opposito conspicitur Nonniana subtilitas, tum elegantissima ut apud hunc scriptorem vocum βάρος et χαλκοβαρῆ assonantia.

XXVIII, 29: στέμματα μὲν κορύθεσσιν, ἐπέκτυπε δ' αἰ-  
 γίδι θώρηξ  
 ἔγχεσι θύρσος ὄρουσε καὶ ἰσάζοντο κοδόρνοις  
 ἀντίτυποι κνημῖδες.

Libri: ἔγχεσι θύρσος ἴθυσσε. Vitium vocis ἴθυσσε, quod metro arguitur, quominus recte emendarent editores illud impedivit, quod alterum huius loci vitium eos latuit. Res enim hic a poeta collatae quum numero aequentur, θύρσος quoque ut cum ἔγχεσι conveniat, plurali efferendum esse, probabilissimum est. Cuius pluralis formam Nonniamam θύρσα (cf. exempli gratia 30, 259) quum reposuerimus, quid in ἴθυσσε lateat, non difficile ad divinandum. Scribendum est: ἔγχεσι θύρσα μέθυσσε.

XXVIII, 194: ἄστεροπὴ γάρ

ἐρχομένη φεύγουσαν ἔχει παλινάγρετον αἶγλην.

Immerito sprevit Graefius quod libri praebent ἐρχομένην φεύγουσαν. Ad idem genus pertinet quod legitur 7, 75: οὐποτε λήγει πληθομένη μινύθουσα φύσις, nec multum abhorret 29, 102: λευκὸν ἐρευθόμενον διδυμόχροον ἔλκος ἀφάσσων.

XXVIII, 271: Δαμνεὺς μὲν πολέμιζεν ἀνάρσια φύλα  
 διώκων

ἐν πεδίῳ δ' ἀλαλητός δρινομένησι δὲ Βάκχαις  
 Πρυμνεὺς εὐδῖος ἦλθεν ἅτε πρυμναῖος ἀήτης  
 ῥυόμενος πλωτῆρα συνιπνεύοντα θυέλλαις.

Sex versibus 272—277 quibus Prymnei Corybantis cum Indis

pugna describitur perperam post v. 250 inter medias Cyclo-  
pum res gestas insertis qui commodiorem locum post 271  
assignavit Graefius, in lectione constituenda non aequae felix  
fuit. Rectam veri inveniendi viam praeivit Canterus quum  
ex librorum scriptura *ὄρινομένησιν ὁ Βάκχαις* elicuit *ὄρινο-  
μένης Ἰοβάκχαις*. Qua lectione retenta restat ut *ἀλαλητός*  
emendetur, ceteraque verba paullo rectius distinguantur in  
hunc modum:

*ἐν πεδίῳ δ' ἄλλα λῆγεν ὄρινομένης Ἰοβάκχαις*

*Πρυμνεύς, εὐδῖος ἦλθεν ἄτε πρυμναῖος ἀήτης.*

Verba *ἐν πεδίῳ δ' ἄλλα λῆγεν* quum novum Nonni argutias cap-  
tantis exemplum praebeant, magis etiam firmant coniecturam  
versus qui sequuntur 275—277:

*καὶ στρατιῇ πολέυεκτος ἐπήλυθεν οἶος ἰκάνει  
νηυσὶ τινασσομένησιν γαληναῖος Πολυδεύκης  
εὐνήσας βαρὺ κῦμα θυελλοτόκοιο θαλάσσης*

in quibus verba *οἶος ἰκάνει γαληναῖος Πολυδεύκης* respon-  
dent verbis *εὐδῖος ἦλθεν ἄτε πρυμναῖος ἀήτης*, verba *εὐνή-  
σας βαρὺ κῦμα* verbis *ἄλλα λῆγεν*.

XXIX, 344: *Βυβλιάδων δ' ἐπάκουε μελιζομένην Ἀφρο-  
δίτην.*

*Μελιζομένην* quamvis neminem adhuc offenderit, defendi posse  
vix arbitror. Multo certe elegantius *μελιζομένων*.

XXXI, 75: *Ἡ δὲ θυελλήεντι διαῖξασα πεδίῳ.*

In librorum scriptura *διαρπάξασα* latere videtur *διεργύ-  
ζουσα*; idem vitium sublatum est 14, 370, ubi *ἐφαρπάξασα*  
= *ἐφερπύζουσα*.

XXXII, 63: *οὐ γὰρ ἐμὲ χθονίης ἀλόχον πόθος οὐδὲ θεαίνης  
θυμὸν ἐμὸν θελεκτῆρι τόσον βακχεύσατο κεστίῳ.*

Non cum Graefio facio, qui *ἐμὲ* ante *θυμὸν ἐμὸν* ferri posse  
sibi persuasit; neque vero *ἐμὲ* in *ἔτι* mutandum, sed scri-  
bendum *ἐπιχθονίης*, quae vox de Iovis amoribus usur-  
pata saepius legitur, cf. 7, 113; 254; 4, 167; 41, 248.

XXXIII, 34: *φιλέεις δὲ ποθοβλήτω παρὰ πέτρῃ*

*οἷα Σεληναίης τινὰ βουκόλον.*

Hic quum recte Koechly scripserit *Σεληναιή*, immerito ποθοβλήτω in ποθόβλητος mutavit, cf. 15, 269: αἶθε μεσημβρίζουσα ποθοβλήτω παρὰ πηγῇ γυῖα καταψύξειεν; 42, 122: καὶ κελάδων πήχυνα ποθοβλήτω παρὰ πηγῇ-ἐμὴν Λιβανηίδα Τυρώ; 48, 756: ὄπη ζυγίη παρὰ πέτρη-γυνὴ νυμφεύεται et similia.

XXXIII, 259:

ἐν πολέμοις γὰρ

Βάκχος ὁμοῦ καὶ Κύπρις· ὑπ' ἀμφοτέροις δὲ βε-  
λέμνοις

γαμβροὶ Δηριαδῆος ἐπέχραον —

Editt.: *γαμβρός*, quod quum Graefius in *γαμβροὶ* mutaret, nescio quam vocis ἐπέχραον sibi finxerit significationem. Unice verum *γαμβροῖς*. Neque tentanda erant verba ὑπ' ἀμφοτέροις δε βελέμνοις, quippe quibus duo quae versus 262 exhibet tela, *κεστός* et *θύρσος* indicentur.

XXXIII, 275:

ὄφρις δὲ τις ἦσυχος ἔρπων

κεῖτο πεσών· κεφαλή δὲ δύων παλινάγρετον οὐρήν

γαστέρος ὑπναλέης ἀνεσεύρασεν ὄλκον ἀκάνθης.

Libri: *κεφαλή* δὲ *λύων*. Hi versus qui pertinent ad tacitae noctis qua homines feraeque somno sopili iacent, descriptionem suavissimam, ut recte emendentur, conferendi sunt duo similes loci a poeta ni fallor imitando expressi Apollon. 4, 150 et Orph. Argon. 1017. De angue Medae artibus sopita sermo apud utrumque, ad nostrum locum faciunt apud illum: οὔμη θελεγόμενος δολιχὴν ἀνελέειτ ἄκανθαν, apud hunc: δολιχὴν δ' ἀμφὶ χθονὶ (ita scribendum pro ἀμφ' αὐχένι) δειρὴν θῆκε καρθηβαρέων φολίσιν. Ex his patet, apud Nonnum primum recte se habere *λύων*, deinde admodum probabile *κεφαλή*, quod intellectu caret, mutandum esse in *δολιχῆν*.

XXXIV, 160: ἐν πεδίῳ τὸ γὰρ εἶπε σοφῇ Θέτις, ὄφρα

σαώσῃ

λαὸν ὄλον μογέοντα. τινασσομένου Διονύσου.

Quod hic Thetidis consilium poeta dicit, quamquam 33, 350 sqq. expressis verbis non commemoratur, necessario tamen ad deae qui ibi narratur cum Chalcomedea congressum referen-

dum est. Eiusmodi memoriae lapsus quum apud Nonnum miri nihil habeant, mirum quam maxime illud ἐν πεδίῳ, non quod veritati repugnet, ad maris enim littus congregiebantur dea et virgo; sed quod nimis generalis et propter id ipsum prorsus inanis ista loci significatio. Collato versu 322 libri 33: ἐρυθραίῃ δὲ θαλάσση ἔννουχον ἕχρος ἔκαμψε (Chalcomedea) patebit hic quoque legendum esse ἐν νυχίῃ.

XXXIV, 162: ἔνθαδ' ἀτιμήσας χαρίτων ἴνδαλμα προσώπου

*Βασσαρίδας ξώγρησεν ἀνάκτιδας ἔνδεκα Μορρεύς.*  
Corrupti poetam Graefius quum pro eo quod libri praebent *διατμήξας* certissima ut ait emendatione scripsit *δ'ἀτιμήσας*. Nec enim *διατμήξας* offensionem esse potest, cf. 25, 66: ἀλλὰ *διατμήγων* *δηίωνστίχα* *δίζυγι νίκη*, nec verba quibuscum coniungitur *χαρίτων ἴνδαλμα προσώπου*, cf. 5, 20 *καὶ χαρίτων ἴνδαλμα ποθοβλήτοιο προσώπου Ζηνὶ φυλασσομένη Σεμέλη* et 7, 164: *ταῦρον ὁμοκραίροιο φυῆς ἴνδαλμα Ἀναίου*.

XXXV, 150: οὐκέτι Βασσαρίδεσσι κορύσσομαι εἴ με  
κελεύεις

ἀλλὰ φίλος ναετῆσι μαχέσσομαι.

*Φίλος* non video quomodo explicem; sententia postulat *φίλοις*, cf. 39, 205 ἢ μὲν εἰς ναετῆσιν — ἀρήξει.

XXXV, 257: ἀλλ' ὅτε φέγγος ἔλαμψε καὶ οὐκέτι δέρετο Βάκχας

ὡς ὄναρ ἔδρακε πάντα.

Mercurius urbe tenebris involuta Deriadi Bacchas quas ceperat clam subduxit. Ille quemadmodum quis somnio magnarum divitiarum particeps factus gaudio effertur mox expectatus vanam spem se fovisse intelligit, ita ille quoque quoad tenebrae duraverunt, de praeda secure gestivit, postquam tenebris dissipatis Bacchas effugisse sensit — quid iam, ὡς ὄναρ ἔδρακε πάντα, ut somnium omnia vidit? haec non concoquo, immo vidit, quaecumque animo effluerat, somnium esse, vel potius ut poeta scripsit, ὡς ὄναρ ἔδραμε πάντα, tanquam somnium omnia illa effluerant, cf. v. 250 *χάζεται ὄψις ὀνειρόν;* 47, 187, *παρέδραμεν ὄψις ὀνειρόν.*

XXXV, 375: ἀμφοτέρων φθονέω τε καὶ ἄχνημαι ὅτι  
δοκέω

*Δηριάδην ζώνοντα καὶ ἀκτερεῖστον Ὀφέλητην.*

Librorum lectio v. 375 δοκέω tolerari nequit; circumspicienti quod et litteris facile accommodetur et sententiae satisfaciat, nihil aptius se praestabit quam κοτέω.

XXXVI, 68: τεῶν μελέων ποθέων τύπον ὑψιμέδων Ζεὺς  
παρθενικὰς ἀγάμους νυμφεύεται.

Sermo de Callistone quam Dianae forma induta Iupiter compressit. Corruptum ποθέων non ut Graefius vult in φορέων mutandum est, sed in μεθέπων, quae vox a Nonno saepius usurpata (cf. 29, 125; 31, 150 etc.) eidem Callistus compressioni describendae adhibetur 33, 291.

XXXVI, 142: ὑμεῖς μὲν Σατύροισιν ἀλεξήτειραν ἀνάγκην  
στήσατε.

Ἀλεξήτειραν ἀνάγκην explicationem non habere Graefius recte vidit. Quid verum sit hi loci docent: 12, 380 Διωνύσω πόρε Ρεῖη λυσσαλέης ἀμέθυστον ἀλεξήτειραν ἀνάγκης 21, 124: οὐ ἔο χεῖρα τίταινεν ἀλεξήτειραν ἀνάγκης; 25, 529: ποίην — ἀλεξήτειραν δλέθρου — μυκτῆρι συνήρμοσεν; 35, 314: προέηκε παλίγκοτον εὐνέτιν Ἥρην Βακχείης κακότητος ἀλεξήτειραν ἀνάγκης (immerito haec tentavit Graefius). Qui loci omnes quamvis a nostro differant eo, quod ἀλεξήτειρα ad substantivum aliquod referatur, quin poeta paullo amplius progressus formula sibi tam familiari hic quoque ubi substantivum deest, usus sit, non dubito.

XXXVII, 504: τὸν μὲν ἐριπτοίητος ἀδελφεὸς ἄμφεπεν  
Ἄλκων.

Epitheton ἐριπτοίητος Graefius suspectum vocat. Alco sane qui fratrem Eurymedontem certamen subiturum exornat, cur eo insigniatur, non intelligitur, sed optime quadrat ad ipsum Eurymedontem pugnandi studio flagrantem relatum. Scribendum igitur ἐριπτοίητον.

XXXVII, 537: ἀμφὶ γναθμὸν ἔτυψε.

Libri ἄμφω. De sinceritate mutationis Graefianae propter pro-



XLI, 74: *ἐπασσυτέρω δὲ διώκων*

*δισσοτόκουσ υἱῆσ ἀνήρυνεν ἔγκυος ἀυήν.*

In hac Saturni filios devoratos ore tanquam utero eiicientis descriptione primum *διώκων* nova profundendi notione dictum offendit, deinde adverbium *ἐπασσυτέρω*, quod ex librorum scriptura *ἐπασσυτέρω* Graefius effecit, auctoritate caret. Ipsum illud *ἐπασσυτέρω* verum monstrabit, si contuleris Nonni Papphr. Ioh. γ, 32: *καὶ γὰρ ὅπερ μερόπων χθονίη διεώσατο γαστήρ. Διώκων* mutandum in *διωσμή*.

XLI, 335: *τὸ δὲ πλεόν ἔννομος Ἐρμοῦσ*

*τοῦτο γέρας μοι ἔδωκε.*

Libri *μοις* ἔοικε. Lectionis Falkenburgianae pravitatem, unius vitiosi hiatus *μοι ἔδωκε* ratione habita, notavit Lehrsius quaest. epp. p. 273, ne sententiam quidem ferendam esse neglexit. Venus ex Harmonia, ut Beroae iura coniugalia administranda conciliet, quaesitura quem rogata auctorem adsciscit, Mercurium iuris praesidem, is hominum iuribus coniugalibus servandorum donum si deae iam tradidisset, quaerere necesse non erat. Immo deae precibus suas ille adiungere dicendus erat. Atqui ipsam illam precandi notionem facili opera ex litterarum apicibus elicies si scripseris *τοῦτο γέρας μάστευσε*, quibus verbis simillima leguntur 38, 19 *ἄλλο γέρας μάστευε*.

XLIII, 41: *εἰς βοήην ἀγέλην Ποσιδήιον ἄλματι ταρσῶν*

*Θυιάδες ἐρξῶοντο.*

Non ineleganter mutavit Graefius corruptam librorum scripturam *ἄλμα γεραίρων*. Fortasse maiore etiam cum probabilitate conici licet: *ἄρπαγι θύρσῳ*, cf. 45, 287 *ὦν ἡ μὲν βοήην ἀγέλην δαιτρεύσατο θύρσῳ* et 44, 70 *αἰμάλεον δὲ κάρηνον ἐκούφισεν ἄρπαγι θύρσῳ*.

XLIII, 88: *καὶ μιν ἀποδρῆσσοντα μετ' Ἴσθμιάδος βυθὸν*

*ἄλμης*

*πόντιον ἡνιοχῆα κομίσσατε μητέρι Πείῃ.*

Scribendum est *ὑποδρῆσσοντα*, cf. 116 *Γλαῦκος - Βάκχῳ ἐποδρῆσσειε*.

XLIII, 128: καὶ πόλιος τελέσας ἱερὸν τύπον οὐ μιν ἔασω  
ἐγγυὲς ἀλός.

Libri ἢ ἔρον. Nec ἱερὸν quod Graefius recepit, ferri potest, neque altera eius coniectura σταθερόν quamvis ad sententiam paullo melior poetae manum assequitur. Bacchi urbem Berytum a mari se remolurum esse minitantis orationi unice convenit καὶ πόλιος τελέσας χέρσον τύπον.

XLIII, 392: ἐπεὶ μάθε καλὰ λιγαίνειν  
ποιμενίη σύριγγι διδασκομένη Πολυφῆμου.

Scribendum ποιμενίην σύριγγα, cf. 9, 114:

ὄργια νυκτελίοιο διδασκομένη Διονύσου  
et 12, 352 Ἰσοφύες μίμημα διδασκόμενοι Διονύσου.

XLIV, 134: Ἄνδρῶν ἐμὸν θεράποντα κομίσσατε θῆλιν  
ἀλήτην

δαινυμένον Πενθῆος ὑποδρηστῆρα τραπέζης  
οἰνοδόκῳ ποτὸν ἄλλο διαστάζοντα κυπέλλῳ  
ἢ γλάγος ἢ γλυκὺ χεῦμα κασιγνήτης δὲ τεκούσης  
Ἄυτονόην λύγοισιν ἀμοιβαίοισιν ἱμάσσω.

Post χεῦμα lacunam agnoscendam esse reclusissime vidit Rhodmannus. Quaeritur quomodo explenda sit. Atque primum patet, γλυκὺ χεῦμα post γλάγος nihili esse, nisi definitum fuerit, quodnam χεῦμα sit intelligendum. Iam vero lacti quod commode consocietur, nihil magis se commendat quam mel, cuius mentionem hic fecisse poetam etiam Autonoe Aristaci mater testari videtur. Nec versus repugnabit si id quo ipse Nonnus aliis locis velut 13, 261 usus est, reposueris γλυκὺ χεῦμα φιλοπτόρθοιο μελίσσης. Post versum ita reciperatam utrum pauca tantum an plura interciderint, quamquam nemo affirmare potest, artis regulas si sequemur lacunam intra brevissimum hoc est unius versiculi spatium astringemus. Sed alia etiam ratiocinatio eodem ducit. Post praeclaram Koehlyi operam nemo nescit, quam saepe apud Quintum Smyrnaeum versus propterea oblitterati sint, quod librariorum oculi ab altero versu ad alterius similem vocem aberraverunt. Qua observatione nostro quoque loco adhibita poetae manum nobis

restituere videmur scribendo ἐν δεπάρεσσι χέαντα, quemadmodum legitur Nic. Alex. 584: ναὶ μὴν τοῖς ὅτι νεκτάρ ἀφύσγετον ἐν δεπάρεσσι χεύοις. Lacunam postquam non sine aliqua probabilitate explevimus, eorum quae sequuntur, emendatio facilis. Legendum est: *Κασιγνήτην δὲ τεκούσης Ἄυτονόην λήγοιεν ἀμοιβαίοισιν ἰμάσσων. Ἄμοιβαῖα sunt convicia ut 34, 235 ἀμοιβαίῃ φάτο φώνη. Baccho quum ad Aristaci munera, lac et mel redactus erit, eius matrem non amplius ob minores filii honores conviciis consecrari licebit.*

XLIV, 258: *Αἰ δὲ Αἰὸς χθονίοιο δυσάντει νεύματι κόρησ  
Εὐμενίδες Πενθῆος ἐπεστρατόωντο μελάθρω.*

Editionum scripturae *Ῥείης* non *κόρησ* sed *κούρης* substituendum esse, antecedentia docent, ubi Furiae non a Plutone sed a Proserpina excitatae disertis verbis commemorantur.

XLVI, 1: *Ἄλλ' ὅτι δὴ γίνωσκεν ἀνῆρ θρασύς.*

Librorum *ἔρωσ* ad sententiam Graefius recte mutavit in *ἀνῆρ*, litterarum ductus suadent ut scribatur *μέροψ*.

XLVI, 18: *ἡ θεὸς ἡὲ γόης ἀπεμάξασο καὶ σὺ τεκούσαν. Editt.: ἡ θεὸς ἡὲ γονῆς ἀπέμαξας καὶ σὺ τεκούσης. Quam certam praedicat Graefius emendationem suam ego non possum quin respuam tanquam commentum languidissimum et ut verum fatear prorsus portentosum. Poeta scripsit:*

*ἡθεα σῆς κενέης ἀπεμάξασο καὶ σὺ τεκούσης, cf. 48, 229.*

XLVI, 279: *στήθεα φοινίξασα καὶ ἀσκεπέων πτύχα μαζῶν. Usus Nonnianus postulat ut corrigatur πτύχα μηρῶν, cf. 48, 655: στήθεα γυμνωθέντα καὶ ἀσκεπέος πτύχα μηροῦ et praelerea 19, 270; 21, 205; 25, 222 et 317; 44, 161; 7, 201.*

XLVII, 47: *σὲ γὰρ μέλψουσι πολλῖται  
τοῖον ἔπος δώσοντες.*

Mirum *δώσοντες* corruptum ni fallor ex *βοόωντες*, cf. 48, 279 *τοῖον ἔπος βοόων* et 33, 26; 37, 324; 40, 216; 16, 145, aliis locis similia.

XLVII, 158: *ὡς ἴδε δειλή  
λύθρον ἐρευρομένοιο νεόρῳτον ἀνθερεῶνος.*

Veterumne an recentium librariorum vitium hic agnoscam nescio. Patet scribendum esse ἐρευσθόμενοι, cf. 46, 281.

XLVII, 203: εἰ δὲ πατὴρ τέθνηκε καὶ οὐκέτι δένδρα  
φυτεύει  
ἀθρήσω μύρον ἴσον ἐπιφθιμένην γενετῆρι.

Hic quoque vitium satis apertum. Legendum ἐπιφθιμένην.

XLVII, 261: Σείριον ὃν καλέουσι δμόρῳτον.  
Corruptam vocem δμόρῳτον ut emendaret Graefius multa machinatus est. Sed neque quo ipse acquievit δμώνυμον nec quod Hermanno placuit ἐπώνυμον verum est. Fugit viros ductos usitatissimum canini astri epitheton ὀπώρινον.

XLVII, 505: ἀέθλιον ἴσον ἐνίψω

Γοργοφῶν Περσῆι καὶ Ἰνδοφῶν Διονύσῳ.

Admodum suspecta vox ἐνίψω, cui substituendum esse ἀνάψω magna cum probabilitate ex 18, 305 ὅπως ἕνα κῶμον ἀνάψω (cf. 37, 413.) Γοργοφῶν Περσῆι καὶ Ἰνδοφῶν Διονύσῳ effici licet. Ad locum eodem vitio contaminatum 42, 223 infra redeundum erit; contra recte se habet ἐνίψη 48, 508.

XLVII, 514: οὐ κλυτὸς ἀνδρομανῆ Παφίης χάριν οὐ  
ποτε Περσεύς

Θησεὺς ἰμείρουσαν ἐὴν ἐρῳάτο νύμφην.

Edd. οὔτος ἀνδρομέης. In vitioso ἀνδρομέης latere Ἀνδρομέδην recte vidit Koehly; vocem οὔτος quamquam haud in-eleganter Graefius mutasse censendus est, probabilius etiam legendum esse οὐ τόσον „non omnino“, „minime“, ut 47, 613 praesertim quum idem οὐ τόσον 32, 67 simili ratione corruptum sit in οὔτος ὄν.

XLVII, 677: οἶσθα μὲν ὡς σε σάωσα διπετείων ἀπὸ  
πύργων.

Διπετεῖς πύργοι quales intelligendi sint, nescio. Epitheton διπετεῖς de fulmine dictum quum Etymologicum magnum commemoret, neque obscurus sit Bacchus puer fulminibus matricidis ereptus, emendatio facilis. Faciliorem etiam ipse poeta reddit qui scripsit 31, 45 ἀλλὰ τόκον Σεμέλης φλογεῶν ἐρῳάτο πύργων.

XLVIII, 298: οὐ πινυτιῆς τόδε δένδρον ἀπ' ἀρτιγάμοιο  
 δὲ νύμφης  
 μαχλάδος οὔτος ὄνειρος ἐπάξιος.

Et parilitas sermonis post genitivum πινυτιῆς illud ἀπ' ἀρτι-  
 γάμοιο respuit et sententia graviorem notionem requirit.  
 Utramque offensionem tollemus scribendo: ἀμαρτιγάμοιο.  
 Apud Nonnum enim 48, 94, unde eam vocem resuscitamus,  
 ἀμαρτιγάμοις ὑμεινίους esse connubia incesta probat eiusdem  
 libri v. 207 et fallitur Papius qui in lexico adiectivum ἀμαρ-  
 τίγαμος, matrimonio orbatum significare dicit.

XLVIII, 538: οὐ γλυκύς ὑπναλέην με λίπεν νέος; ἀντί  
 δὲ κείνου

νυμφεύθην δυσέρωτι καὶ ἠεροπιῇ Λυαίφ.

Ut interrogatio ante enunciatum, cuius initium sit parti-  
 cula δέ, satis incommoda removeatur, legendum est ὁ γλυ-  
 κύς. Quem articuli usum apud Epicos recentiores frequentis-  
 simum quamquam notarunt et Bernhardy griech. Littg. 2, p.  
 276 et Wiel observv. in Argon. Bonnae 1853, p. 23, vel ii  
 qui nostro tempore Nonno emendando operam navarunt, non-  
 nunquam neglexerunt. Iuvat locos quibus conspicitur, hic  
 recensere. Prima classis eorum est, quibus substantivum cum  
 genitivo coniunctum: 8, 25 τὸν αἰθέρος ἠνιοχῆα; 4, 54 ὁ κρα-  
 τέων κόσμοιο καὶ αἰθέρος; 9, 221 ἡ ταμίη κόσμοιο (falso  
 Koechly πανταμίη) 24, 285 ἡ ταμίη θαλάμων; altera eorum,  
 quibus substantivum cum adiectivo: 33, 163 ὁ κλυτότοξος  
 Ἀπόλλων; 39, 26 τῆς ἐλεφαντοβότοιο γαίης (Hermannus ἤς);  
 25, 394 ἐν δὲ τὰ τεύρεα πάντα ad exemplum Homeri (edd.  
 τε, quemadmodum peccat Bekkerus qui apud Aratum 483 τε  
 γούνατα, 505 τε κέντρον edidit, quum τα et το praebeant  
 codices plerique); tertia eorum, quibus ut nostro loco adiec-  
 tivum tantum: 4, 342 ὁ βραδύς; 6, 313 ἡ ποτε πετρήεσσα;  
 15, 388 ἡ γάμον ἐχθαίρουσα (Graefe καὶ γάμον); 22, 281  
 ὁ πρὶν ἀμαλλοφόρος; 24, 213 τὸν οὐκ αἶοντα; 44, 232 ὁ  
 πρὶν ἐὼν ταχύγυνος; 35, 46 τὸν ἔμπνοον; quarta eorum,  
 quibus substantivum tantum: 10, 312 ὁ βουκόλος; 3, 439 ὁ

ξεῖνος (Koechly: ξένος οὔτος); 11, 360 ὁ χρόνος (Graefe οὐ χρόνος); 34, 66 οὐτήσω τὸν Ἐρωτα; 47, 696 τῷ Δι νυμφευθεῖσα (Graefe: ᾧ Δι').

XLVIII, 794:

ἐχθρομένη γάρ

Ἄρτεμιν οὐ μενείνεν ἐπ' ὠδίνεσσι καλέσσαι.

Aura partus doloribus vexata quum non ideo ab invocanda Diana abstineat, quod Deae est invisae — ea enim verecundia non cadit in verginem contumacissimam — sed propterea quod ipsa atrocissimo odio deam prosequitur, recte se habere ἐχθρομένη nequit; scribendum ἐχθρομένην.

XXII, 299: δὴ τότε δὴ μετὰ νῶτα βαλῶν.

Locutionem δὴ τότε δὴ quum praeter hunc locum legatur et apud Apoll. 4, 1207 et Opp. de ven. 2, 271, immerito oblitteraverunt Hermannus Argon. 1277 et Koechly Quint. Smyrn. 1, 224. Nec Schneiderus δὴ ποτε δὴ mutare debebat Nic. Ther. 683 et Alex. 453 in δὴ ποτε δὴ... Eiusdem generis est quod habet Opp. de ven. 2, 348 περὶ δὴ περὶ et 3, 204 τότε δὴ τότε.

XXIII, 304:

ὄφρα νοήσω

ταῦρον ἀκνυάντιο πάλαι πλωτῆρα θαλάσσης.

Non debebat spernere Graefius librorum lectionem πάλιν. Cui voci apud Nonnum eandem fere notionem quam alibi πάλαι habet, subesse, haec probant exempla: 30, 280 χθιζὰ πάλιν σε φόβησεν Ἄραψ πρόμος; 35, 284 ἄξει σοὺς προτέρους πάλιν ἄκμονας; 39, 285: υἱὸς ἐμὸς πάλιν ἄλλος — τεῶ χροῖσμησε τοκῆι; 48, 398 εἰςέτι κέῖται κέῖνος ὃς ὑμετέροιο πάλιν ψαύεσκε χιτῶνος.

XXV, 20:

ἀειδομένη τάχα Θήβη

Πινδαρέης φόρμιγγος ἐπέκτυπε Δῶριος ἠχώ.

Formam dativi pluralis in ης exeuntem quam editionum scriptura ἀειδομένης τάχα Θήβης indigitari videtur, a Nonno non usurpari Graefius satis confidenter affirmavit eiusque sententiam amplexus est Koechly prolegg. ad Quint. Smyrn. p. 51 §. 2. Verum longe aliter res se habet. Poeta tantum abest ut eam formam respuat, ut locorum quibus vel sine ullo involucro vel corruptelis librorum obducta appareat, haud par-

vus sit numerus. 5, 330 edidit Graefius *ψευδομένη δ' ἐλάφοιο παραπλαγχθέντες ὄπωπῃ*; v. 445 *ἡμετέραις γὰρ θηρείαις ἀέκοντες ἀποπλάγχθησαν ὄπωπαῖς*. Libri qui altero loco *ψευδομένης ὄπωπης*, altero *ἡμετέρης — θηρείης — ὄπόπης* exhibent quid verum sit, haud obscure significant. 5, 612 legimus *ἀκίχῃτα γονὴν ἔσπειρεν ἀρούρης*; 16, 68 *ἀφνειῇ προχέων φιλοτήσιον ὄμβρον ἀρούρη* (libri *ἀφνειῆς ἀρούρης*); 40, 405 *αὐτογάμω σπόρον ὑγρὸν ἐπιξύσαντος ἀρούρης*, quibus omnibus locis quum dativum sermo requirat (cf. 14, 199 *ἔσπειρεν ἀρούρη παιδογόνων προχέων φιλοτήσιον ὄμβρον ἐρώτων*; 22, 72 *βαλὼν σπόρον ἀύλακι γαίης*) eandem eius formam restitui iubet librorum consensus. Neque 13, 207 *οἱ πρὶν ἔσαν μύρμηκες ἐφερπύζοντες ἀρούρης* genitivum prae dativo quisquam amplectatur; 15, 376, ubi Graefius *μήπω Βουκολίωνος ὀμιλήσασα χαμεύνη*, libri *χαμεύνης*, quod in *χαμεύνης* mutandum esse probat locus 16, 23 ab ipso Graefio collatus; 17, 152 *δύσσοον ὑψιπότητον ἀνηκόντιζε κεραιῆς* intellectu caret, scribendum *κεραιῆς*, ut 21, 202 *μίμημα Σεληναίησι κεραιῆς*. 28, 272 *ὄρινομένησιν ὁ Βάνκαις* mutandum esse in *ὄρινομένης Ἰοβάκχαις* supra iam vidimus. 42, 223 ex iis quae ad 47, 505 disputavimus, patet iam scribendum esse: *ἀμφοτέρων δὲ μορφῆς μῶμον ἀναπτε*. Praeter hos locos forma ex libris restituenda 9, 156: *αὔρης* (ed. pr. *αὔρης*) 13, 100 *τριγόνοισιν ἀεξηθεῖσα γενέθλης*; 14, 232 *ἀκερσεκόμοισιν ἐθείρης*; 16, 162 *χαλκείης κεραιῶσι*; 21, 278 *ὄρειάσι μίγνυτο νύμφης*; 21, 291 *ἐνὶ βήσσης*; 28, 145 *τριχθαδῆς παλάμησιν* (libri *τριχθαδῆς*); 44, 144 *Ἰονίης ποταμῆσι μίξατε νύμφαις*; 48, 271 *θλιβομένης παλάμησιν*.

In Lobeckii rhematico p. 175, 3, legimus: „*κατηπιόωντι* Paraphr. 20, 13 vel pro *κατηφιόωντι* scriptum est vel pro *κατωπιόωντι* quo Quintus ulitur. Idem vitium in Dion. 37, 701 correxit Hermannus.“ At non duobus his locis continetur ista forma; edd. praebent 18, 337 *κατηπιόωντι*, 19, 252 *κατηπιόωντι*; 21, 191 *κατηπιόων*; 48, 370 *κατηπιόωσα*. Quaeritur igitur, utrum omnes sex loci corrigendi an forma Nonno propria

agnoscenda sit. Habet sane alia quoque singularia quae ab editoribus oblitterata librorum auctoritatem secutus ei restituere non dubito. Ἐπιβριζειν pro ἐπιβριθειν edd. praebent 8, 331; 20, 347; 23, 166; 26, 35; 27, 231; 30, 231; 31, 264; 35, 283; 47, 480. Ἀκερσικόμης, non ἀκερσεκόμης exhibetur 10, 29; 12, 134; 18, 12; 32, 203; 37, 42; Paraphr. β, 57; η, 35. Κερμελικής pro κερμεαλικής 5, 520; 537; 15, 37; 20, 225; 21, 201; 25, 359; 46, 343; Θυάς pro θυιάς 16, 71; 17, 259; 319; 20, 259; 33, 225; 35, 1, aliis locis; μεταχρόνιος pro μεταχρόνιος 20, 289; 42, 1. Ἰκελός pro ἔικελός quam formam iam a Schradero ad Musaeum resuscitatam quum et apud Nonnum et apud Apollonium Rhodium ubique libri agnoscant, miror vel novissimum Apollonii editorem neglexisse.

XXXIV, 297: Ὡς εἰπῶν ἐδίωκε πρὸ ἄστεος ἄζυγα κούρην. Recte se habere quod edd. praebent δὲ ἄστεος ostendit v. 343: Βασσαριδῶν δὲ φάλαγγα δι' ἄστεος ἄορι τύπτων Δηριάδης ἐδίωκεν ἕως σχεδὸν ἤλασε πύργων.

Paraphr. Ioh. η, 93: ἀλλὰ δίκην κρίνοντες ἀληθεῖ τὰ μνυτε μύθῳ.

Vocem τὰ μνυτε quam intactam reliquerunt editores, non capio; novi locutionem ὄρκια τέμνειν, similia, δίκην τέμνειν vereor ut quisquam dixerit. Collatis locis θ, 79: κυβερνητῆρι δὲ μύθῳ ἡμετέρῳ μίμνητε et θ, 128 οὐδ' ἐνὶ θεσμῶν μίμνεν ἀληθείης θεοπειθέος maxime probabile fit, hic quoque poetam scripsisse ἀληθεῖ μίμνυτε μύθῳ.

θ, 144 Θεὸς ποιήτος ἀεξήθης Σαμαρείταις  
δαίμονος ἀμφιέπων μανιώδεα ροῖζον ἰμάσθλης,  
patet versum 144 vitium traxisse. Nec enim Θεὸς ποιήτος, deus ficticius quid sibi velit, intelligitur nec quem Samaritani potissimum sibi deum finxerint. Verba Evangelistae Σαμαρείτης εἰ σὺ καὶ δαιμόνιον ἔχεις si respexerimus, facile poetae manum redintegrabimus. Scripsit: Θεοπτοίητος ἀεξήθης Σαμαρείτης.

ι, 47: γείτονες ἐφθέγγοντο καὶ ἄνδρες ἴδμου λαῶ.

οὐ πέλεν οὗτος ἐκεῖνος ἐν ᾧστί τυφλὸς οὐδίτης; In his versibus qui pertinent ad historiam iuvenis illius cui oculorum caliginem innatam solvit Iesus, primum non quadrat simplex illud ἀνέρες, pro quo definita quae voci γείτονες respondeat, hominum illorum significatio requiritur. Deinde ne ἰδμονι λαῶν quidem recte se habet, quum populus num vir de quo sermo re vera caecus ille fuerit, nescius ab ipsis propinquis et vicinis de miraculo certior reddatur. Iam quum verba Evangelistae expresserit poeta haecce: οἱ οὖν γείτονες καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν τὸ πρότερον ὅτι προσαίτης ἦν ἔλεγον, non dubito locum coniectura in hunc modum restituere: καὶ ἀνέρος ἰδμονες ἄλλοι. Voces λαός et ἄλλος commutatae sunt etiam apud Quint. Smyrn. ζ, 348 et ιβ, 342.

μ, 63: Ἰησοῦς πεφόρητο μέσον μετρούμενος ἀνδρῶν. Nixus loco qui legitur Dion. 22, 263 καὶ μέσος ἀντιβίων κυκλοῦμενος ἔνθεος ἀνὴρ (cf. etiam 21, 63) scribendum censeo μέσος μιτρούμενος. Vitio huic loco a librariis illato duos alios locos ipsi editores contaminarunt: Dion. 26, 367 καὶ στίχες εὐπήληκες ἐμιτρώθησαν ἀήταις et 41, 279 πίσυρες δὲ θύραι στιβαροῦτο μελάθρον Ἀρδαγέες πισύρεσσιν ἐμιτρώθησαν ἀήταις. Neutro loco quidquam mutandum.

π, 54: καὶ ἐφθέγγοντο μαθηταὶ  
μῦθον ὑποκλέπτοντες ἔσω φρενὸς ἔγγυον ἀνδρῶν  
γλώσσης ἀγκικέλευθον, ἀμιλλητῆρα σιωπῆς.  
Μῦθον ἔγγυον ἀνδρῶν nemo facile explicabit. Quid verum sit hi loci docent: ε, 127 Ἰωάννην θεοδέγμωνος ἔγκυον ὀμφῆς; γ, 53 θεσπεσίης τὸ περ ἰδμεν ἐτήτυμον ἔγκυον ὀμφῆς φθηγόμεθα, et Dion. 41, 263 Κύριος — νοήμωνος ἔγκυος ὀμφῆς.

τ, 93: ἐξετάνησαν ἐπισφίξαντες ἀνάγκη  
πεπταμένας ἐκάτερθε σιδηρεῖω τινὶ δεσμῶ  
χειρῶν ὀμορῆτω δὲ πεπαρμένον ἄζυγι γόμφω  
διπλόον ἤτορ ἔχοντα μῆ τετορημένον ὄρη  
ποσσὶν ὀμοπλεκέσσιν ἀκαμπέα δεσμὸν ὀλέθρου.  
Poeta postquam de Iesu manibus ferreo vinculo cruci affixis

egit, transit ad pedes quomodo adstricti fuerint describendos. Loci quamquam paullo intricatior structura, patet tamen, accusativum δεσμόν pendere ex voce ἐπισφίγγαντες. Neque vel v. 95 vel 97 difficultatem praebent, modo teneas pedes complicatos uniusque utrumque clavi vinculo cruci adactos intelligi. Quo magis haereo in versu 96, in quo quid sit διπλόον ἦτορ quoquo me verto non extrico. Nec de corde Iesu transfosso unquam quisquam audivit nec hic ubi de pedibus sermo cordis mentio toleranda, nec duplex cor nisi quis de duplici Christi natura cogitaverit, intellectum habet nec denique quomodo versus 96 reliquorum structurae accommodanda sit, apparet. Miror tam foedum vitium concoxisse editores quum facillima opera voce ἦτορ in ἔστορ' mutata, poetae manum restituere liceret. Respondet iam vox διπλόον voci ὁμοιότητω, μιῇ τετορημένον ὄρηι voci ἄζυγι; participia πεπαρημένον et ἔχοντα utrumque pertinent ad δεσμόν.

τ, 123: οἴνοπα μὴ σχίζοιμεν ἀληθέα τόνδε χιτῶνα  
 θέσκελον ἀμφιέποντα τύπον ξένον.

Quomodo Iesu vesti suturis carenti prae aliis vestibus veritatis notio conveniat, non video. Singularem visam esse militibus Romanis ipse poeta significavit verbis ἀμφιέποντα τύπον ξένον. Quid igitur apertius quam v. 123 quoque eadem sententia legendum esse ἀηθέα.